



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Corpus Doctrinae Christianae**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1572**

**VD16 M 2890**

Qvod Est Discrimen Boni Principis & Tyranni?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

si firmiter ones. Deus ut fidelis Pastor seruat politias, & dat alios fideles custodes. Sed Diaboli, latrones, & tyranni sunt velut lupi. Rapaces domini sunt velut fures. Hi turbant politias, tanquam regem: Et tamen interea Deus seruat magnam partem, & depellit malos, tyrannos, latrones, homines seditiosos & rapaces. Hæc imago vterque monstrat discrimen ordinis politici & confusionum, quæ confunde admiscuntur.

Q U O D E S T D I S C R I M E N B O N I  
Principis & Tyranni ?

B O N U S Princeps est, qui habet *responsionem* recte faciendi, & plerumque, & in præcipuis partibus officij sui recte facit, etiam si aliquando labitur.

H A C forma definiendi in hac vita vtendum est de omnibus gubernatoribus & ministris, in quocunq; genere officij. Et sumitur prima pars definitionis ex dicto Pauli: Hoc requiritur, Fideles ut sumus. Secunda pars ex dicto Salomonis: Non est iustus in terra, qui bene faciens etiam non peccet. Ac placet Deo gerens magistratum, seu dux, seu iudex, seu miles, habens fidem & bonam conscientiam, iuxta Pauli regulam: Qui & in officio bonam conscientiam tenet, videlicet *responsionem* recte faciendi, nec ruit contra conscientiam, contra leges officij, nec indulget sibi affectata ignorantia, & affectata omisione.

C O N T R A vero tyrannus est, & Deo displicet, qui non habet *responsionem* recte faciendi, & plerumque scelerate facit, etiam si interdum iusta facit, ac negligit præcipuas officij partes, seu sciens seu affectata ignorantia, seu affectata omisione, vt Saul, Cambyfes, Sardanapalus, &c.

A N I V R E P O T V I T N A B O T H R E C V  
sare, se Regi petenti venditurum esse vineam, id est:

An distinctio dominiorum sit iuris diuini inter facultates Regum & subditorum ?

R E S P O N D E O: Præceptum, Non furtum facies, obligat omnes homines, & distinguit & munit omnium hominum dominia, regum & subditorum. Iohannes dicit regibus & principibus: Contentestote stipendijs vestris: Neminem concutiatis, neq; calumniamini. Item: Non plus exigite, quam constitutum est. Propria sunt igitur regum & principum stipendia, id est, tributa & vectigalia legitima. Et ab his distinguantur facultates Subditorum, nec conturbentur dominia, nec præter legitima stipendia, & sine iusta causa sumantur reges ex facultatibus subditorum, quantum ipsis liber, Briarei manibus, ut Nazianzenus loquitur.

D E C O N I V G I O .

C O N S I L I A Dei omnia in creatione enarrati non possunt,  
scilicet